



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Cap. VI [i. e. XI]. De divisione Legum humanarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

Finis, ad quem ordinatur, partim vero, ut ipsa sit conformis superiori Regulae, scilicet LEGI Naturae & Divinae, à quibus non potest Humana discrepare, quamvis possit ad eorum determinationem & faciliorem implementationem, seu observationem quaedam adjicere. Ita S. Isidorus libro 5. Etymol. Et S. Thom. hic q. 95. art. 3.

CAPUT XI.

De Divisione LEGVM Humanarum.

PRæter cæteras Divisiones harum LEGVM, quas adfert S. Isidorus libro 5. Etymol. cap. 6. præcipua est, qua dividitur in Jus Gentium & Civile. Per Jus Gentium vero non Primævum, quod est aliquo modo Naturale Homini, sed illud Secundarium, de quo supra dictum est, intelligitur, sine quo homines convivere ad invicem non possent, cum homo sit naturaliter Animal sociale. Ita S. Thomas q. 95. art. 4.

*JUS CIVILE* id dicitur, quod non communi omnium pene hominum consensu, & moribus introductum est, sed Principum ac Magistratum Placiti, vel certe alicujus particulari Provincia, aut Regni, usu aut consuetudine quodque ita non proponitur ab ipsa naturali Ratione, tanquam omnibus & ubique con-

ve-

veniens & utile, sed His vel Illis, prout dicitur  
sæ concurrent Circumstantiæ Personarum  
locorum, & temporum.

Hoc vero Jus Civile, hic non distinguitur  
à Jure Ecclesiastico, prout hoc nomine di-  
stingui solet, sed comprehendit illud sub se  
ac proinde potest subdividi, in Jus Civile  
quod dependet à Potestate sæculari, & ordi-  
natur ad Politicam gubernationem, potissi-  
mum in temporalibus, Et in **JUS EC-  
CLESIASTICUM**, quod dependet  
Potestate Spirituali, & versatur circa Gubernationem, in ijs, quæ Religionis sunt. In  
Wiggers in 1. 2. q. 95. art. 4.

Alter **DIVISIO JURIS HUMANI**  
**MANI** est in **JUS SACERDOTALE, REGIUM & MILITARE**. Ita  
Isidorus libro 2. Etymolog: Et hanc, dicit  
Thomas, esse ex fine **LEGUM** Præcedentem  
tem vero ex Origine: quia cum finis **LEGUM**  
sit commune bonum Reipubl: illudque ma-  
ximè pendeat ex his tribus hominum gene-  
ribus, scilicet ex Sacerdotibus, qui pro populo  
lorent, ac dona & sacrificia offerant. Ex Re-  
gibus sive Magistratibus, qui populum dirigi-  
gant & gubernent. Et ex Militibus, qui pro  
conservatione & salute Communitatis pug-  
nent, merito specialia quædam **JURA** præcedentia  
sunt, quæ dicitur

stis sunt constituta, cum quibus ipsi in suis  
munijs regulantur & diriguntur, cum qui-  
bus etiam ordinantur Favores & Præmia.

Ex reliquis autem, de Republ. non sic de-  
pendet ejus salus, quia non ita immediate  
circa commune bonum occupantur, sed ma-  
gis unusquisque, circa suum privatum. Un-  
de pro illis, non fuerunt particularia & di-  
versa jura constituenda.

Tertia LEGIS Humanæ divisio sumi-  
tur secundum diversitatem eorum, qui rebus  
communibus & LEGIBUS ferendis præ-  
sunt. Ac sic dividitur in Constitutiones Prin-  
cipum, quando scilicet unus regit, qui supre-  
mam habet Potestatem in LEGIBUS con-  
dendis. Et hæc forma Regiminis vocatur

*Μοναρχεία*. Secunda forma Regiminis, quæ  
consistit in Optimatibus Populi, dicitur *Αριστοκρατία*, unde est Senatusconsultum, seu

Prudentum Responsa. Tertia residet in pau-  
cis divitibus & potentibus, & dicitur *Ολιγαρχεία* id est, paucorum Principatus. Inde  
que est Jus Prætorium seu Honorarium.

vel residet in populo, juxta formam Regimi-  
nis, quod dicitur *Δημοκρατία*, id est Populi  
Principatus, unde est Plebiscitum Ita S. Th.

quæ addit quartam divisionem  
qua dividitur LEX secundum Res & Actio-  
nes, de quibus tractat. Sic alia dicitur LEX

C

Julia

Julia de Adulteriis, alia Lex Cornelia de Sicarijs, & sic de alijs. Hodie vero valde varium est Jus Civile in Republica Christiana, cui viventes in Provincia se conformare debent. Hinc extat Jus Civile Athenienſium, Lacædemoniorum & Jus civile Romanorum, quod per Antonomafiam intelligitur, quoties fit mentio Juris Civilis, non addito, cujus fit populi, aut civitatis vocatur, que etiam Jus Quiritum. Can. Jus quiritum dist. 1.

Olim vero, circa annum Domini 530. commune pro omnibus Provincijs, editum fuit ab Imperatore Justiniano, quod adhuc hodie, in Scholis docetur, quodque in hac doctrina frequenter usurpatur, præſertim cum de rebus Temporalibus Controversia oritur.

Quod habet tres partes principales. Prima dicitur Digestum, Græcè *πρωδὲξον* continens 50. Libros, diviſos in tria volumina nempe in Digestum vetus, Infortiatum, & Digestum novum.

Secunda dicitur Codex, continens novem Libros.

Tertia dicitur Volumen, & completitur primo tres libros ultimos Codicis 10. 11. & 12. Deinde Authentica, seu novellas Constitutiones.

tionones. Tertio librum, seu usus Feudorum.  
4to. Institutiones.

Citatur vero Digestum per Litteram D.  
aut ff. aut  $\sigma$ .

Codex per Litteram C. LEX per Litte-  
ram L.

Non vero omnes LEGES, quæ habentur in Jure Civili, obligant, quia multæ, abrogatæ sunt in varijs Provincijs, per contrarias LEGES, vel Consuetudines contrarias. Aliquæ etiam servari non possunt, absque Peccato, ne quidem etiam in foro externo, utpote quæ LEGI Dei aut LEGI Canonice illas reprobanti adversantur. Ita Felinus ad caput Ecclesia de constit. quem refert Reginaldus in praxi lib. 13. cap. 21 Cujus multa Exemplam adfert Sylvester verbo LEX q. 10. Et tractat de hoc Azorius in prima parte Moralium Instit. lib. 5. cap. 20. & 21.

CAPUT XII.

De JURE Canonico.

*Quid sit IUS Canonicum. Quando inceperit. Qua sit ejus Dignitas, Quando LEGES Civiles ei cedant. Quibus partibus constet. Et quando obliget, vel non obliget?*

IUS CANONICUM vocatur illud  
C 2 Jus